



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus  
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione  
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, 1734**

**VD18 90392140**

Q. 1. Quid est Votum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40986**

## CAPUT III.

## De Voto.

Q. 1. Quid est Votum?

*Resp.* Est promissio deliberatè facta Deo de bono meliori, & possibili. *Dixi, Deo facta;* nam Votum est actus Latriæ, soli Deo debitus in testificationem supremæ excellentiæ Illius, ut Authoris honorum omnium, vel in signum gratitudinis debitæ primo, ac supremo Benefactori. *S. Thom.* 2. 2. q. 88. a. 5. ad 3. ubi ait, quod Votum factum Sanctis sic intelligendum sit, *ut ipsa promissio facta Sanctis vel Pralatis, cadat sub voto materialiter, in quantum scilicet homo vovet Deo, se impleturum, quod Sanctis, vel Pralatis promittit.* Quare promissio facta Sanctis est solum materia voti, & ut sit propriè Votum, debet ei adjungi tacite, vel expressè alia promissio, qua promittimus Deo, nos id facturos, quod promittimus Sanctis: alias promissio pertineret solum ad Duliam.

Q. 2. Quanam requiruntur ad votorem Voti?

*Resp.* Ex communi sequentia. 1. Voluntio se obligandi; nam nemo sponte suscipit